

veritatē. **Hiere.** xx. Sic ana-  
mas falsus p̄pheta voluit cō-  
fundere hieremias verissimū  
p̄phoram. **Hieremie.** xxvii.  
**Princeps** sacerdotum et so-  
ciū incarcerauerūt apostolos  
qui veritatem domini loque-  
batur. **Actuum.** v. Judei la-  
pidauerūt stephanum. quia  
non poterāt resistere spiritui.  
qui loquebatur. **Actuum.** vi.  
et vñ. **Paulus** qui predica-  
bat publice veritatē multas  
opressioēes sustinuit a iudeis  
**Actuum.** xi. xii. et xvij.

### De oratione.

**Pro** quibus  
inquitur. et  
qd de p̄dicas.  
**Tempis** qđ  
erqueit his  
qui exorant  
qui requirunt  
qui postulat.  
**Causam** qua  
p̄quiritur qui  
grandiant

Orare volen-  
tes atcedat

**Nare** volentes de-  
bent primo attēdere  
qui sunt illi qui de-  
bent orare. et p̄ quib⁹ debent  
facere orationes suas. **Ubi**  
sciendum qđ orare debent p̄fi-  
dentes singulariter pro suis  
subiectis. specialiter eligētes  
p̄ suis electis. omnes gētes  
generaliter p̄ suis viris ab-  
iectis. **Pomo** debet orare p̄  
lati p̄ suis subditis qđ eorū  
officium est ut oratōmbo iā  
dei a populo auerrāt sic cum  
post adorationē vituli deus  
vellet populū destruere moy-  
ses eoz p̄relatus p̄ eis fer-  
uentor orās veniam meruit  
a dño impetrare. **Ero.** xxxi.  
**Per** orōnē moyſi absorpt⁹  
ē ignis qui deuorabat castra  
mūmūrāntū p̄ labore **Mūse.**  
xi. **Maria** p̄pet peccatū suū  
est facta leprosa sed moyſes  
frater et p̄relatus eius p̄ ea  
orauit ad dominum et restitu-  
ta est pristine sanitati. **Mūser**  
duodecimo capitulo. **Pro**  
afflito populo ab ignitis  
serpentibus orauit moyſes



et salubre remedium habuerunt Exodi. xxj. Samuel dixit ad populum. Absit a me hoc peccatum ut cessem orare pro vobis. ostendes grauiter peccare prelatos qui pro populo suo non eiorant. pri. Regum. xij. Bonus prelatus erat beatus paulus. qui dicebat thymotheo sibi subdito. Sine intermissione orans habeo tui memoriam in orationibus meis. ii. Thymoth. j.

Orare debet electores cum ad electoem alicuius prelati conuenient ut deus provideat illis de prelato idoneo qui populum sibi subiectum bene regat. In cuius figura ipse dominus ad hoc nos volens inducere ait. Rogate dominum missis ut mittat operarios in messem suam Matth. ix. Luce. x. Apostoli volentes eligere in apostolum unum de discipulis premissa oratione dixerunt. Tu domine quoniam nosti cor da hominum ostende quem eligeris Actuum primo Cui dixisset dominus. Segrega

et mihi barnabam et paulum in opus ad quod assumpsi eos. scilicet in apostolatum. se quitur. etant in oratione et imponebant manus dimiserunt eos Actuum. xij. Ocare debent omnes homines pro peccatoribus et inimicis quoniam se non sunt apti ad orandum. Sic deuore abraham orauit deum ut parceret zodomitis Genes. xvij. Sulcantes moyses orauit dominum ut plagam auerteret ab egypto et licet egypci essent mali sunt tamen a domino plures exauditi Exodi. viii. ix. et x. Suminus pontifer onyas orauit pro heliodoro qui etati um voluit expoliari. ii. Iacoborum. iij. Salvator noster nos pro inimicis orare docuit. Mathei. v. Et ipse pro crucifixoribus orauit. Luce xxiij. capitulo. Feruentem orauit stephanus pro suis persecutoribus. et magis quam pro seipso. quia pro se orans stetit sed pro persecutoribus orans genua flexit Actuum. viij. ca.

Apostolus paulus pro suis  
psecutoribz orauit. vt deus  
eos vocaret ad penitentiam  
Ideo dicbat. rogamus sp  
p vobis vt dñs dignet vos  
vocare ad penitentiā. secūde  
Thimo. i.

De tempore orandi

Qñ ab itine  
rantiōre dis  
ponitur  
Dū loqui v  
lentibz verbū  
pponitur  
**O**randum  
est  
Dum cennam  
querentibz ci  
bus apponit  
Cum patien  
tibus mūdus  
oppomit.

Rare debemus cuz  
ad aliquem locum  
pgere volumus vt  
dñs in viam pacis dirigat  
pedes n̄os t custodiat nos  
angelus domini euntes cō  
morantes t redeentes. Ju  
dith. xiiij. Propter hāc cām  
dixit Esdras. orauimus do

minum pro incepto itinere t  
secure euem̄ nobis t pspere  
j. Esdore. viij. Multum pñ  
debat iudith in oratione qñ  
debebat ire ad holoscenē cuz  
dicebat. nihil aliud fiat pro  
menisi oratio. Judith. viij.  
Recedēs paulus a fratribz  
de achia post pulctros sermo  
nes diutius orauit. Actuū.  
xx. Idem paulus dicebat ro  
mam̄ obsecrare si quo mō  
ppterum iter habeā vniēdi  
ad vos. Roma. i. Oraare  
debet homo cuz debet aliqua  
verba ppone reuel ad interro  
gata respōdere vt dominus  
aperiet t mūder labia sua vt  
digne verba pñscier qui la  
bia Isiae calculo mundavit  
ignito. Isiae. vi. Neemias  
rogauit dominū celi cum te  
beret ad interrogata respon  
dere. Ne. q. Hester locutu  
ra ad regem assuerum roga  
uit mardochēum vt iudeos  
pgregaret qui erant in suis  
t ipser illi p ea dominū pre  
carent Hester. viij. Paulus  
pñderans ista dicebat colo